



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

**Parisiis, 1644**

XI. De vagantibus clericis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14887**

ANNO  
CHRISTI  
461.

IX.

De præsumptoribus etiam placuit obseruari, vt si quis episcopus in ius fratris sui suam conatus fuerit inserere potestatem, vt aut dioceses alienas, transgrediendo terminos a patribus constitutos, peruadat, aut clericos ab aliis \* ordinatos promouere præsumat, ab vniuersorum fratrum & confacerdotum suorum communione se alienum efficiendum non dubitet, quia Apostolo dicente cognoscimus, 1. Thim. 3. nullam nos cum fratribus inordinate ambulanti- bus, & non secundum traditionem a patribus con- stitutam, posse habere participationem.

\*ordina-  
tos vel  
sancti-  
moniales  
promo-  
uere præ-  
sumat,

X.

Ordinationes vero illicitas in irritum deuoca- mus, nisi satisfactione quæ ad pacem pertinent, componantur.

XI.

Si quis vero clericus, absque episcopi sui per- missu, derelicta ecclesia sua, ad alium se transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur.

XII.

Et vt clerici non absque sacerdotum suorum commendatione ad alias prouincias, siue ciuitates, ambulare disponant.

XIII.

Illud etiam secundum scripturarum auctorita- tem, vel patrum constitutionem, addendum cre- didimus, vt ne quis clericus, qui negotiandi stu- dium habere voluerit, vsuras accipiat, quia scri- ptum est: *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Psal. 14. & alio loco: *In plateis eius vsura & dolus.* Manife- Psal. 54.